Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



147

sed uita assenciendo sue uocacioni et obsequendo preceptis
eius vt ambulet in via virtutis sue constant persistendo
in bono verum quia quidam dicebant etiam cito defectura
petit sup hoc certificari dicens paucitatem dierum annuntia
michi quia pauci sunt hui opiniones aliquorum
Et quia omne quod finitum exiguum est erat ut eternitati ad
uigatur post istos exiguos dies dicens Ne reuocetis
me v non in istis diebus dimidyis sed perfice eos usque ad
finem seculi ut postea adiungar annis qui sunt eterni
Bene dico quod anni tui sunt etni quia Tu dominie nec initium
habuisti nec finem habebis non initium habuisti quia initio
terram fundasti ergo ante terram fuisti sine initio vnde
eternitate predicis omnia et opa manuum tuarum sunt celi
quia tu eos fecisti
Ex finem non sis habiturus patet quia Ipsi celi peribunt
non quantum ad substanciam sed quantum ad aliquam disposicio
nem uel qualitate tu aut permanebis omnino immutabilis
omnis sicut vestimentum veterascent a statu in quo sunt quia
hui corruptionem hom rpa elementa quasi corrumpuntur
veluti terra quia iam minus fertilis est quam prius et aer
minus salubris
Et sicut operorum mutabis eos v celos et elementa quam
manente eorum substancia in qualitatibus mutabuntur tu
autem idem ipse es semper penitus immutabilis et anni
tui non deficient quia eterni sunt
In qua eternitate Habitabit v imitatores seruorum tuorum
aptorum habitabit terram post terminum huius uite et opa
eorum semper actu et continue ferentur in te deum nuncq
cessantes a laude tua

Dominica Jo. z In qua meditatur fidelis populus
ad laudandum deum